

tris, uere sit efficax uoce ministerij, & faciat, ut ministerium sit salutare, sicut scriptum est: Sedet ad dextram Patris, dona dans hominibus, Prophetas, Apostolos, Euangelistas, Pastores & Doctores: Et sicut Dominus inquit: Ego sum uitis, uos palmites. Sine me nihil poteritis facere, Oramus um, ut adsit & huius iam ordinati ministerio, & faciat ut sit salutare. Ipsum etiam

Magistrum Jacobum & Ecclesiam suam hortamur, ut doctrinae puritatem retineant. Vere enim ibi est Ecclesia Dei, ibi sonat uox Euangelij incorrupta, uere ibi dat Deus aeternam iusticiam & uitam, uere exaudit & gubernat inuocantes ipsum, mitigat etiam arumnas huius uitae, & in ira recordatur misericordiae suae. Quare inquit: Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quidquid uoueritis petetis, & fiet uobis. Hortamur etiam eos, ut sint memores praecepti diuini, & coniunctione & concordia cum alijs Ecclesijs recte sentientibus tuenda, sicut scriptum est: *ὁ θεὸς ἀγάπη ἐστίν, καὶ ὁ μὲν οὖν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ θεῷ μένει, καὶ ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ.*

Datae Vuiteberge Anno 1556 Die festo quo celebratur memoriae gloriosi Triumpho

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Vuiteberga, & ceteri ministri Euangelij in eadem Ecclesia.

Johannes Bugenhagen Pomeranus
Timoth. 4.

Attendelectioni, adhortationi & doctrinae. Ne negligas honorem, quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum ceteris seniorum.

Philippus Melancthon

Georgius Maier D.

Erasmus Reuterius M.

Lucas Hezerus M.

Oramus autem Reuerendissimi uirum
D. Christophorum Piscatorem
gubernantem Ecclesias in diocesi
Illustrium principum Hemenbergenisium
ut hunc Magistrum Jacobum
patris consilijs regat, sicut
scriptum est. Et tu conuersus
confirma fratres tuos.

Promittit autem Magister Jacobus, ipse
se fideliter obtemperaturus esse.

christi
adscendentis
in coelum
spectante
cuncta Aposto-
lorum &
aliorum, et
ostendentis
qualem sit
Ecclesia
gloria futurus

Pastor Ecclesiae Dei in oppido Saxoniae Vuiteberga, & ceteri ministri Euangelij in eadem Ecclesia, salutem dicunt omnibus lectoribus literas. Non alia uox in caelo & in terra unquam adentior audita est, quam precatio Filij Dei in agone, in qua petit colligi & seruari Ecclesiam, & sic regi, ut unum sit in Deo. Idem inde usque ab initio generis humani omnibus temporibus, donec uniuersa Ecclesia ex morte resuscitabitur, petit. Propter hanc Filij precatorem, cum colligat Deus Ecclesiam inter nos quoque, gratia agimus & aeterno Patri, & Filio eius, Domino nostro Iesu Christo, & Spiritui sancto, & gemitus nostros ad summi Sacerdotis nostri, Domini Iesu Christi precatorem adiungimus, & petimus, ut semper inter nos quoque colligatur aeterna Ecclesia, quod cum fiat uoce euangelij, & non aliter, sicut scriptum est: Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti, uult Deus ligi idoneos ad docendum Euangelium. Testamur igitur hunc honestum & eruditum uirum *Magistru Jacobu*

Curatorem Salueldensium uocatum
esse ad ministrum Euangelij in ditione Henne
burgensi.
 Cum autem a nobis petum sit, ut explorata eius eruditione adderemus publicum ritum ordinationis, diligenter eum audiuius, & conperimus eum recte tenere summam doctrinae Christianae, & pie & constantiter amplecti puritatem Euangelij, quam & Ecclesia nostra una uoce & uno spiritu cum catholica Ecclesia Christi profitetur, ac a fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae Ecclesiae Christi horrere. Promisit etiam hic *Magister Iacobus Salueldensis* in doctrina constantiam, & in officio fidem & diligentiam. Quare ei iuxta doctrinam Apostolicam publico & pio ritu commendatum est ministerium docendi Euangelij, & administrandi Sacramenta iuxta uocationem. Cum autem Filius Dei, qui est λόγος aeterni Patris,